



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

Gregorius Episcopus Servus &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN tanta negotiorum mole, qua Rom. Pontifex assidue premitur, vitari potest ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognita necesse est moderationis remedium adhibere. Cui itaque alius fel. rec. Pius PP. V. predecessor noster auditus grauaminibus, quae fratribus ordinum meditationum ab ordinarijs locorum, & parochialium Ecclesiarum rectoribus multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, paenitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministracione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, elemosinis, collectionibus, alijsq; huiusmodi iuribus, nec non decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super status, ac regimine sanctimonialium ipsius fratribus subiectarum, reformatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, praecedentia, locorum acquisitione, certisq; alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas literas pro dictis Fratribus non modo statuerit, sed & quae iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad haec pertinentia declarauerit: multaque praeterea priuilegia eisdem 17. Kalendar. Iunij, Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea de vicarijs perpetuis Ecclesiarum quae illis sunt unitae, &c. decreuerit. Denuum animaduerso, quod illa multas lites, &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restituerit. Deinde plenius prouidens priores literas moderatus fuit, & alias instar aarum concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremo circa confessionum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita, & infra: Statuimus de praedictis, & alijs omnibus literis & constitutionibus, quae ab eodem predecessore eisdem de rebus pro quorundamque regularium, etiam mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem atq; decisionem pro subiecta materia futuram esse, quae siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue alias legitime ante dictarum literarum, & constitutionum editionem erat, & si ipse non emanassent, futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem, suumque pristinum statum illa omnia reducimus. Quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quaecumq; alia nostris statutis, ordinationibus, & reductionibus aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus, &c. motas necdum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successuum, & futura dubi- quandocumq; orientur, ad nos referenda esse. Nec non irritum, &c. Dat. Romae Pontif. nostri anno primo.

Deo Iesu Christo aeterni Dei aeterno Filio laus & gloria.

CAPITA